



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

In Omnes Totivs Anni Dominicas Æstiuas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXIX

Dominica XVI. Post Pentecosten.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56259)

get, ipsa est vidua illa, quae iucundissimo tuo conspectu viduata est. Hanc igitur consolare, illius lacrymae te permoueant, illius filios excusca, qui cum semel ad vitam redierint, magno in te affectu laudum cantica in hoc mundo tibi deproment; expectantes hic interim, donec in altero te dilaudent, ad quem Pater, & Filius & Spiritus S. deducant, Amen.

Aliam concionem vide in Quadragesima post Dom. 4.

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN.

Partitio.

- 1. De inuidia adumbrata.
- 2. De peccato malitiae in sabbatho.
- 3. De Pharisaeis Christi observatoribus.
- 4. De aliorum censora ipso in prima culpabili.
- 5. De ingressu Domini in domum.
- 6. De hydropico.

Cum intrasset Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisaeorum sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum.

FIGURA.

2. Reg. 13.

Abisalom Davidis filius, ex Maacha filia regis Gesur progenitus, quo nullus unquam inter mortales vixit pulchrior & elegantior, sed qui deinde ne scio quo dominandi astropercit, aduersus parentem virum mitissimum conspirauit, quo se iniuriam ab Amnonone fratre tum sibi, tum forori imprimis, illatam vlcisceretur, epulum solenne instruxit, in quo vita eius tetendit insidias. Hodie vero populus Iudaicus, omnia mundi nationum caput ac rex, nefando quodam affectu in transfuersum actus, vt se de Iesu Christo fratre suo secundum carnem vindicaret, Pharisaeum quoddam conuiuium adhibet, vt eum insidiosae circumueniat, & vitam illius in discrimen vocent. O prodicionem, & perfidiam detestandam! Sed & bonitatem incredibilem! varia illi struuntur insidiae, ipse tamen edit miracula, & hydropicum sa-

nat. De hoc hodierna die locutus sum, auxilium si spondeat Paraclitus spiritus, & opem intercedentis Deipara. Ideo salutatione illi offeramus Angelicam, Ave Maria.

Ingenio & eruditione praestans Alanus, & aeterno proinde dignus nomine, cum inuidiam mentionem faceret, ita eandem descripsit, *Inuidia quod monstrosius monstrum? aut quod damnosius damnum, quae culpabilis & culpa? quae poenalius poena? Haec est erronea coacta-tis abyssus, humanae mentis abyssus, consuetudinis stimulus, corruptionis aculeus.* Et bene quidem, nam omnes ad vnum Patres illi suffragantur, qui miris quibusdam coloribus, ipsam depinxerunt.

S. Cyprianus in primis Afer natione, Episcopus Carthaginensis & Martyr sub Imp. Valeriano circa annum salutis CCLX. quodam loco ait: *Inuidia radix est malorum omnium, fons cladum, seminarium delictorum, materia culpae: mala cetera habent terminum, inuidia autem est malum ingiter permixtum, sine fine peccatum.* Inuidum autem alio loco describens, *asserit hunc bestia ab simitem non esse.* Hinc, inquit, *vultus mira: bonus aspectus palor in facie, in labiis tremor, stupor in dentibus, verba rapida, effrenata conuicia, manus ad caedis violentiam promptae, etiamsi a gladio interim vacua, odio tamen furcata mentis armata.*

Prodeat post hunc magnus Augustinus, *Inuidia, inquit, est filia superbia, suffoca matrem, & non erit filia, &c.* *Inuidia est odium aliena felicitatis respectu superiorum, quia eis non aequatur, respectu inferiorum ne sibi aequentur, respectu parium, quia sibi aequentur.* Imo vero longius alibi in eiusdem descriptione procedens, vitium id diabolicam appellauit, quo solo diabolus reus est, & inextinguibiliter est in sempiternum reus, neque enim Lucifer ad inferos detrusus est, quod aliena diripiisset, iniustam necem intulisset, alterius thorum violasset, sed quod homini inuidisset.

Alia longe & sane tetriora illi elogia, & colores exoticos tribuit Chrysofost. *Inuidia, inquit, pestiferum malum: hominem in diaboli conditionem, ac in demonem immutissimum conuertit.* Per eam mors venit in mundum, ea suadent interfecit Abel, David vita periculum adiit, & Christus Iesus in crucem actus.

Ante:

Ante hos autem omnes Salomon luculentum ei Epithetum dedit, sed quod naturam eius quam optime exprimat, *ita carniū, sanitas cordis, putredo oſſium inuidia*. Id est, inuidia tam terra & pestilens rabies est, vt hominis cor, cerebrum, ingenium excedat, & penitus oſſium medullas emedulet.

Pro. 14. Tradunt naturalium rerum scriptores viperas nasci matris cum interitu, & natalem suum funesto matricidio etuentare. Inuidia etiam serpens est, odia, zelus & liuor quædã viperula sunt, quæ semper animam in qua nascuntur, enecant, & priuquam in apertum prodeant, eam diuexat, & intima illius viscera discruciant. Vnde Ambrosius *fugo inuidiam, quæ non so. um alienos, verum multo magis eum, quem possederit, lacerare consuevit.* & multo dilectius Hieronymus Epistolæ ad Demetrium, *Orote, inquit, quid inuido delectat, quæ præstet inuidia? quem secretis quibusdam conscientia virgulis liuor ipse discerpit, & alienam felicitatem tormentum facit?*

Lib. de fuga seculi.

Hieronym.

Sp. de inuid.

Atq; hanc ob causam Basilius eandem rubiginem similem fecit, nam *ut rubigo ferrum, sic inuidia quam inficit animam, consumit.* Vt autem post omnium sententiam, meum quoque symbolum depromam, assero inuidiam tormentum & euleum animæ esse, tantum quippe inuidus & liuidus intrinsecus tormentum experitur, quantum proximus in rebus suis prosperitatem & felicitatem.

in Moralib.

Tigides vt Plutarchus ait quamprimum vt tympani strepitum audiunt, efferaunt & furorem induunt. At inuidi multo reuera truculentiores sunt, atque tigridum more, mox vt præconiorum in alios estulorum tympana audiunt, rabire, furere & indignari incipiunt. Quin & Heliippenti illos cõparauero, qui Domini lucernam videre nõ poterat, quam diu arderet & colluceret. Lucerna autem ardens iustos in sacris litteris designat, nam de Ioanne Baptista dictum est, *erat lucerna ardens & lucens*: at hæc extincta fatorem dans teterrimum, impiorum symbolum est: inuidi vero oculo bono intueri nequeunt iustos, nec eosdem perferre, imo sui similitum & improborum contubernio delectantur.

1. Reg. 3.

Comparan.

Sunt adhæc non absimiles Phænici, ma-

gno quidem labore & cura hinc inde odoratur inuidia ligna coaceruanti, in quibus se deinde cõphænici. buri sinit, sepulcrum sibi ipsi exstruendo. Inuidi autem redolentem circumquaq; opinionem & famam honestam proximi colligentes, ita fremunt & indignantur, vt sibi ipsis noceant, & sempiternum interitum ac damnationem perpetuam sibi arcessant. Quid agas? Non nisi alieno malo viuunt inuidia, non nisi alieno bono eadem moritur.

Milui ad prædam nati semper ad putrescentiam volitant cadauera, & loca tetram mephibus & mephitim exhalantia, ea autem in quibus lenis & iucundus aer est fugiunt: muscæ corporibus integris ac bene valentibus derelictis, sanguinolenta, vlcerosa, vulnerataq; semper petunt. Non aliter etiam liuidi, qui relictis virtutibus vitia sectantur, non aliter inquam vespæ illæ importuna & immunda, inuidi, qui honesta viuendi ratione relictâ immundam & improbam petunt, bonos prætereunt, vt alterius vitium reprehendant & coarguant. Hæc est sancti Basilius scripturis deprompta sunt.

Scarabæi, immunda illa & sordida infecta, non nisi in fimo & alienis sordibus gaudet & nutriuntur, inuidi alienis vitijs & infortunijs audiendis delectantur, atq; hæc illis gaudium & voluptatem adferunt. Vnde bene Chrysostomus, *Inuidia aduersa aliorum fortuna, vt scarabæi alieno stercore nutriuntur.* Sed finem non reperire, si diutius his commemoratis immoraretur: atque pro exordij ratione hæc sufficiant, Euangelij siquidem textus plura suggeret, cuius occasione in hanc materiam incidi, quod non nisi mera hic inuidia, perfidæ appareant machinationes, & insidiosa conuiuia. Historiam recenlet Lucas, *Cum intraret Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisæorum Sabbaero & annuncare panem, & ipsi obseruabant eum.* De Pharisæica hac inuidia locutus huc veni, primo vobis epulum ferale & perfidum præparaturus, deinde hydropici sanationem propositurus.

Iudæi inueterato in Saluatorem odia exagitati, nouas ei insidias molituri ad conuiuium in domo cuiusdam Pharisæi illum inuitant, idque die sabbathi, die inquam, quo nefas erat ex legis præscripto ignem domi accendere.

dere, in deserto manna colligere, lignorum frustra per agros colligere, imo ne egroris quidem medicamen aut malagma applicare. In hoc autē conuiuio omnes Alius actiones obseruabant, vt deinde eum velut transgressorem legis fugillarent.

II.

Cum intraret Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisæorum sal batho manducare panem. Quod autem Pharisæus hic Princeps dicitur, sciendum est, non omnes sacerdotes modo, sed singulas sacerdotum familias, omnes etiam synagogas, imo & sectas singulas & artes, semper Principem inter se aliquem habuisse, qui reliquas & dignitate & honore præcelleret. Vnde & Zachæus dictus est princeps publicanorum: quia & Luc. 8. Principes synagogæ legimus, & apud Ioannem legimus alium appellatum Principem Iudæorum, & hic noster Princeps Pharisæorum dicitur.

Luc. 18.

Deus peccata ex mera malitia patrata odit

Deinde notandum est, Euangelistam studio & data opera Principis huius Pharisæici, qui Christū inuitauerat, nomen silentio prefuisse, cum tamen alio loco alterius Pharisæi qui Christum etiam inuitauerat, & quod peccatricem ad pedum osculū admitteret, murmurabat, nominare non grauetur quem Simonem ait appellatum. Atq; hæc est ratio vt hinc manifestum fieret, quanto Deus odio prosequatur & detestetur peccata, quæ non data sed quæsita occasione patrantur, non per accidens, sed ex mera malitia & peruersitate præcogitata: Simon deliquerat, sed nihil minus cogitans & inopinato, non enim sciebat Magdalenam in domum suam venturam, & quamuis arrogans esset, ac superbus, bona tamen intentione ductus Christum inuitauit. At hic studio illum ipso Sabbathi die inuitauerat, idq; ex mera malitia, vt inde occasionem eius calumniandi haberet, ideoque hydropicum adesse voluit, quem Christus sanaret, atq; hinc illum vt festi profanatorem accusaret. Huiusmodi autem hominum nō meminuit, eorumq; nomina è pugillaribus æternæ suæ memoriæ eradit. Audite vt hoc olim per Prophetam comminatus sit. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.*

Psal. 15.
Gen. 2.

In huius rei signum crediderim Deum Adamum & Euan statim vt peccatum admi-

sere, acriter corripuisse, serpenti vero, quod mera malitia peccarat, ne verbum dixisse reprehensionem sapiens. Item cum olim aduersus peccata sacrificia propitiātia constituisset, sola illa respexit, quæ ex ignorantia non vero ex malitia facta essent, eorumq; expiandorum rationem præscripsit, item quæ ex humana fragilitate commissa: pro peccatis vero, quorum malitia mera parens esset, nulum libamen aut sacrificium institutum legimus.

Hæc vero, quæ ex mera malitia facta sunt, peccata in Spiritum S. sunt, atq; in horum expiationem diluuij aquas induxit Dominus. Scriptum siquidem est in Genesi *Videns autē Dominus, quod multa malitia hominum esset in terra, fratres etiam Iosephi qui ex malitia peccarant fratrem suum innocuū Ignacis vendendo, cum deinde ad delicti cognitionem venissent, factiq; eos pœniteret, dixere parētis sui Iacob nomine, Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atq; malitiæ, quam exirciurunt in te.* Notandum autem est nō simplici peccati, nomine eos delictum suū appellasse, sed sceleris, quod crimen enormius est & multo grauius.

Formosa illa Esther, quæ è captiua regina Persarum facta est, cum Assueri genibus esset aduoluta, quo Iudaicæ nationi veniam impetraret, & decretum mortis, quod in eam latum erat, reuocaret, & nefarias Amanis hostis sui iuratisimi machinationes infringeret, de illius moliminibus apud regem agens, ait, *Procidit de illis vt de peccato malitiæ, ad pedes regis, inquit Scriptura, & locuta ad eum, vt malitiam Aman Agnoscit, & machinationes eius pessimas, quas ex: cogitauerat contra Iudæos, inberet irritas fore.*

Dauid Propheta de extremi iudicij sententiā agens, inter cetera ait; seuerum illum iudicem, in malitiæ peccata imprimis inquisitionum, imo & linguas malignas, & iratum peccatoribus dicturum, *Ostium abundauit malitiæ & lingua tua concinnabat dolos.* Quo loco Genebrardus noster conuertit, *Ostium abundauit maledictiōis, & fontes Hebræi habent Ostium laxasti ad malum.* Omnium autem ea mens est, grandius esse & enormius peccatum malitiæ, quam ignorantie & fragilitatis;

tis : nam ipsum quod de industria & data o-
pera committitur, duplex peccatum merito
dici potest. Quamobrem eo Pharisæi huius
peccatum grauius est quo maiori malitia Do-
minum ad conuiuium, ad cauillandum, etiam
in die festo, inuitat.

Sabbatho manducare panem. Magna & so-
lennis apud Iudæos erat sabbathi festiuitas,
in honorem creationis mundi, hoc siquidem
die Deus ab omnibus requieuit operibus, &
à creando cessauit. At quoniam Christiani
post hoc beneficium, aliud longe maius re-
cepimus, ipsum scilicet redemptionis; Quia
vero Iesus redemptor noster vna sabbathorū
resurrexit, id est, die Dominica, vt nos sci-
licet à lege Iudaica eximeret & auerteret, sab-
bathi solennitas in Dominicam translata est,
idq; multas ob causas. Hoc siquidem die cō-
diti sunt Angeli, filij Israel Ægypto egressi
sunt, (vt quidem Olorius asserit,) Deus legē
duabus tabulis comprehensam Mosis dedit,
hoc etiam die Manna celo pluere cōpit, ex
sententia Origenis, hoc deniq; Seruator nos-
ter natus, circumcisus est, & ad vitam resur-
gendo rediit, & spiritum paracletum in Apo-
stolos misit. Quanto igitur dies hæc cultu,
quo digna honore & ueneratione?

Voluit olim Deus in Sabbatho duos in sa-
cificium offerri agniculos, alijs autem die-
bus, exceptis solennioribus & Calendis; nō-
nisi vnum: *die autem sabbathi offerrets duos ag-
gnos anniculos immaculatos.* Quo denotatur,
preces nostras & orationes diebus dominicis
esse duplicandas: die inquam, hæc, quæ om-
nium dierum regina est, deuotioni & pietati
diligentius & feruentius incumbendum. Do-
minica die, ait sanctus Gregorius, à labore terre
no cessandum est, atque omnimodo orationibus
insistendum, vt si quid negligentia per sex dies agi-
tur, per diem resurrectionis Dominica precibus ex-
piatur.

Sed heu, quæ seculi nostri infelicitas est,
diebus Dominicis & festis Deus imprimis ad
iracundiam prouocatur & offenditur. Hinc
lachrymans & deplorans seculi sui festa Hie-
remias, in Threnis ait, *Viderunt eam hostes, &
derisorie sabbatha eius.* Quanto potiori iure
jam nostra festa deplorare licet, quanto po-

tiori iure Sathan inimicus non irrideat, cum
videt illa ita à nobis profanari & dissolutio-
nibus abominationibusque violari. Bonis i-
gitur & sanctis operibus, mala & impia pa-
trantur opera, Sabbatho quoque Pharisæus
hic Domini opera coarguere & explorare co-
natur.

Sabbatho manducare panem. Sabbathi cul-
tus & reuerentia Iudæis indicitur in Exodo
20. & 31. capit. & Ierem. capit. 17. quod Iudæi
tanta colebant pietate & religione, vt pau-
perculus quidā, quod ligna in sabbatho col-
legisset, lapidibus obrutus fuerit, Imo mori
malebant, quam sabbathum aliquo seruili o-
pere violare. Quin & in libris Machabeorum
legitur, Iudæos ab hoste ad pugnam lacer-
ros die sabbathi, adeo se religiosos in sab-
batho obseruando demonstrasse, vt in ipso mo-
ri maluerint loco, quam se defendendo vi-
tam tueri.

Quin & singulari quodam miraculo Deus Fluuus est
sabbathi religionem obseruantiamq; demon-
strasse visus est. Refert quippe Baptista Ful-
gofius in Iudæa fluium reperiri, qui tota
quidem septimana fluat, sed sabbatho cursum sabbati
interumpat, quique propterea Sabbathi no-
men inuenit. Quo miraculo naturali doce-
mur, festa colenda & obseruanda, sed imprimis
diem dominicum. Sed audite quid no-
uum.

Veteres Iudæorum Rabini memoriæ tra-
didere, demones sabbathi obseruantiam & horrebat
cultum tam iniquè tulisse, vt die sabbatho nul-
lus omnino in eurgumentorum corporibus
inueniretur, sed in deserto ijs relictis secede-
rent & montium juga & speluncas oberarēt.
Sed o rerum vicissitudo deploranda! Hodie
namq; diebus festis, & in primis sacro Domi-
nicæ die, infernus e contra referati videtur, &
dæmōnes laxatis habenis per orbem cursu-
re & grassari. More igitur Pharisæico, & Prin-
cipis huius instar, festa in Christo offendendo
irritandoq; impendimus.

Et ipsi obseruabant eum. Vniuersa Saluatoris
nostri vita cruenta & amara crux fuit, Ha-
bit enim in factis, vt Bernardus ait, obseruatio
res, in verbis contradictores, & in tormentis illuso-
res. Vnde non immerito sponsa illum falcie uolo
myrrha

Sabbatum
in domini-
nicam tras-
latum Do-
minica dies
cur solennis

Num 18.

D. Greg. l. 1.
vlt. Epi. 3.

Thren. 1.

Exo. 20. &
31. ler. 17.

Num. 15.

2. Mach. 2.

Diabolus
& horrebat
sabbatha
Iudæorum.

III.

S. Bernard.

Cant. 1.

myrrha comparuit, quod omnis illius vitæ series non nisi fasciculus quidam & coaceruatio fuerit dolorum & amaritudinum, quorum myrrha symbolum est, idque ob inimicitias graues & odium immortale, quo in eum inimici ardebant.

Isa. 28.

Huius autem odij causa, nulla erat alia, quam quod Pharisei indignarentur peccata sua redargui, & traduci. At sciebat doctor ille cœlestis verba illa Domini ad Prophetam, de vero populi concionatore intelligi debere, *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum*, quod falsi prophetæ facere negligebant, ne populi gratia exciderent, eumque sibi infestum redderent, de quibus alibi Isaias locutus est dicens,

Isa. 56.

Speculatores cœci omnes, canes raui, non valentes latrare. At non erat huiusmodi Seruator noster, qui de seipso quodam in loco ait, *Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclesia magna: ecclesia mea non prohibebo, Domine tu scisti.* Id est, quamuis coniuirare in vitam meam scirem omnes, nunquam tamen à iustitiæ tuæ præconijs dilaudandis abstinui aut cessauit, & impiorum scelera magna verborum acrimonia coarguere non desisti. Quod hodie ad oculum cernere est, quando in conuiuio illo, Phariseorum mores quamuis sibi necem parari, & insidias captiuas tendi sciat, coarguit.

Iudic. 14.

Et ipsi obseruabant eum O proditionem detestabilem! hinc instruunt conuiuia, illinc insidias, manu vna proferunt mel, altera venenum, atq; vt leo quem Sampson in terra Philisthæorum interfecit, fauces melle scatentes habebat, intestina vero putrescentia: ita nefandi hi Pharisei, noui illi leones, nempe o leone truculentiores in ore præferunt mel, id est, blanda & benigna verba, quib; Christum ad conuiuium inuitant, corda vero illorum & intestina inuidia & malitia deprauata sunt, quos graphice depingit Psalmista dicens, *Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.*

Psal. 17.

Abac. 1.

Quos & olim sub terminis obscurioribus maledixit Abacuc, *Va, inquit, qui potum datur amico suo, mittens fel suum, & inebrians, vt aspicat nuditatem eius.* Non nuda hic imprecatio est, at vera potius Prophetia, quæque ex

illo etiam tempore Phariseos hosce nostros, maledictos illos à Deo respiciebat, qui hodie Christum ad epulas inuitant, vt eum captiosis interrogationib; circumueniant, & agendi rationem obseruent, quin & felei apponunt, inuidiam inquam, malitiam & odium quibus suadenribus defectum in eo aliquem notare contendunt.

Semper siquidem impius insidiatur, & omni ratione conatur vitam iustorum sugillare: quod toties expertus Dauid testatur, *Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis*, id est, contra eum, & mox: *considerat peccator iustum, & quarit mortificare eum.* Alio item in psalmo loquens vel de seipso, vel Iesu Christo, vel de singulis in genere iustis: *Tota die verba mea execrabantur, aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.* Sed audite inuidi, maius, mihi credite, vobis, quam alijs damnum afferitis Nam vt is qui digitis candelam emungit, candelam quidem lucidiorum reddit, sed digitos inquinat, & sæpe etiam adurit. Ita & inuidus, qui alios arrodere, eorumque vitæ splendorem extinguere conatur, tetra quidem peccati fuligine animam inquinat: at iusto meritum segetem administrat, dumq; gloriæ illius officere conatur, eandem auget, honorem ei apud homines & nomen parit.

Ipsæ adhæc inuidia inuidia sua euidenter ostendit peruersum se esse & scelestum. Nam vt qui videndo crucifixi imaginem in cœno aut fimo, eandem non modo quamprimum non educeret, ablueret, mundaret, debito loco reponeret, sed prætereuntib; etiam digito monstraret, quin & exploderet, non peruersus modo Christianus, sed hæreticus etiam & infidelis haberetur: ita qui proximum, veram Dei imaginem, aliquo aut vero aut saltem apparenti peccato inquinatum videt, & non fraternali & magna cum charitate eundem sed diligenti quadam peruersitate in eundem inquit, illiusq; vitæ rationem exhibilat, non Christianus, sed Saracenus aut Mahumetanus dicendus est, & infidelis.

Et ipsi obseruabant eum O pestem scelestam Inuidia inuidiam! O luem detestandam! O omnium dæmonum Herculeorum laborum primus ac summus paraturus ille

Psal. 36.

Psal. 51.

Inuidus

plus sibi

quam alijs

nocet.

Simile.

Inuidi
nisi in
lerat
animi

Iob. 5.

Qui
vult
guer
care

Exod.

ille merito est, quo hydram multiplicem, in Lerna commorantem superavit. Equidem ut hoc moraliter exponam, Herculem hominis iusti imaginem esse crediderim & Hydram invidiae, quae reuera etiam serpens dicitur, sed quae letiferos morsus infligit, (*venenum aspidum sub labiis eorum.*) Multiceps autem est, quod tum in bonis, tum in honoribus tum in fama, in vitae ratione denique in omnibus homini noceat, denique hydra est, quae non nisi in paludibus coenosis & lutulentis agit, invidia enim non nisi vitij alienis & rebus fordibus & peccati turpitudinem redolentibus pascitur. Ceterum nihil est quod iustum tantopere torqueat ac diuexet, quam detestandum hoc monstrum.

Invidia non nisi in scelerata vivit anima.

Monstrum quidem Lernaum, quod iam descripsimus, multum generoso Herculi negorij facessit, sed obseruandum est, non nisi in locis palustribus, vliginosis, ac terro coeno ipsum natum esse. Fontes & fluuios limpidos abhorrebat, & sordidas & putrescentes paludes consecretatur. Id de invidia monstrum esto iudicium, ac dicendum, numquam illam in generoso animo & ad virtutem nato, sed in peruerso & plebeio, vitijque inquinato habitaculum sibi deligere.

Tinea pestis illa lignorum & vestium nunquam cedros, odoratas illas & incorruptibiles arbores subit, ita invidia tinea, vermis ille pestilens, omnia exedit, corrodit, & perdit & nunquam in anima cordata & proba, quae cedrus designat, reperitur. Quo respiciens Iob aiebat, *Paruum occidit invidia*: quod vitium hoc non nisi in plebeio & imbelli nascatur pectore, quale reuera erat Pharisaeorum, qui curiosa quadam religione & supersticiosa curiositate Saluatoris Christi vitam & actiones obseruabant.

IV. Sed o detestanda invidia, o pestilens detractio! mirum profecto est, & tamen verissimum, quodq; indices videre est, eos qui raxime inquinati sunt, vitamque cotaminatissimam ducunt, praeter ceteris & ante alios aliorum defectus reprehendere: cum tamen omni carere deberent peccati nato, qui in aliorum vitia vitamque inquirere & animaduertere conantur, nam ut Sallustius ait, *carere debet omni vitio qui in alterum paratus est*

Tom. 2. Paris Estius.

dicere. Quod & egregie in veteri testamento praesignatum est, quando nimirum voluit Deus ut lucerna & emunctoria templi essent aurea, quo designare volebat, eos qui vitam aliorum emungere & coarguere volunt, animam virtutum & iustitiae fulgore inauratam habere debere, & imprimis caritatis, quae illo inter virtutes, quo aurum inter metalla, est loco.

Vnde non incite mihi veteres Ecclesiae Patres inuidos & maledicos ranis Apocalypseos comparasse visi sunt, quae de ore draconis egrediebantur. *Et vidi de ore draconis, & de ore bestiae & de ore Pseudoprophetae, exire spiritus tres immundos in modum ranarum.* Et sane nullum inuidorum hieroglyphicum melius aut aptius quam rana, tum quod haec oculos sanguine suffusos habeat, aut potius sanguinem oculorum loco, cumque ne guttam quidem sanguinis in toto corpore habeat, oculos sanguine habet narantes, eosque ita capite prominentes, ut non in capite, sed extra ipsum videantur constituti: tum vero quod amphibia sit, tum in terra tum in aqua victitans, per prata saltet, & per aquas natet. Atque hoc nonnullis per annulum Maecenatis Equitis designatum volunt, cui rana insculpta erat, hanc siquidem expresserat, ut potestatem suam & auctoritatem, quod Caesar cum maris tum terrae imperium sibi concedidisset, declararet.

Non crediderim autem, similitudinem conuenientiorem aptioremque ad inuidos & murmuratores designandos reperiri: oculos enim sanguine & vindicta plenos habent: nihilque spirant quam interitum & perniciem alterius, eosque ita sagaces, perspicaces & vigilantes in proximi vitij coarguendis, & eos quasi e capite prominentes habere videantur: tum signa repererit, nullus in orbe locus aut mare, in quo eadem non diuulgent. Quamuis autem ob praedictas rationes inuidi ranis dicantur similes, illa tamen potissima est, quod ranae semper in palustribus & venenosis locis versentur, & non nisi nocte ingruente & in tenebris contenta: ita quoque inuidi non delectantur nisi peccatis alienis eorumque vitam allatrant, non nisi de nocte, id est, interea dum absunt seseque de-

N n fen-

fendere nequeunt, quodque imprimis & præ cæteris deplorandum est qui omnium iniquitissimi sunt, & peccatorum numero ceteris antecellunt, hi sunt & ceteris mordaciores & plus alijs obganniunt: atque ita ostendunt, à faucibus se draconis, id est, diaboli profectos esse.

Sponsa illa in Canticis dilecti sui dotes & perfectiones recensens ait, *Labia tua sicut lilia stillantia in rham primam*, id est, dulcem præ cæteris. Myrtha, inquit, quæ amara est, prohibet corpora à putredine & corruptione tua sunt verba, quamuis enim rudia & acerba sint vitam tamen mihi conferunt, & à morte & peccati corruptione me conseruant ac tventur: at quod in me maius eorum desiderium excitet, est, quod ab ore cædidissimo cuiusq; innocentia & candor liliorum & niuium albedinem superat, proficiscantur: deniq; paucis vt concludam innuere vult, dilectum suum inuidia liuore non contabescere, nec alijs detrahere, nec peccata proximi coarguere. Quod si interdum in eadem animaduertat tum verbis, tum re ipsa, charitate stimulante id facit, adeo vt nulla hinc illi culpa possit oriri: deinde vix fieri posse videtur & iniquissimum esse, vitijs cooperum, aliorum vitia & delicta velle reprehendere.

Lib. 1. Epig.

Atq; hinc taxat & sugillat scõmate quodam satyrico Martialis quendam: qui cum vita esset contaminatissima & flagitij varijs infamis, omnes tamen promiscue profcinderet & carperet.

Cur maculas alios maculosior omnibus Albi,

Et carpi dignus carpere non metus?

Tacitus ille & pungens sarcasmus tacite etiam docet, absurdum & inconueniens esse, virum honestum ac probum ab improbo & scelesto sugillari, nam, vt Augustinus quidam ait, *accusare vitia officium est bonorum*, & etiam Isidorus, *Non debet aliorum vitia corrigere, qui est vitis subiectus*.

Lib. de serm. Dom. in monte. Lib. de sum. bonis.

Huc facit quod Bosius lib. de signis Ecclesiæ tradit, indignum fuisse Apostolorum principem Petrum catenis in carcere cõstrictum teneri, sed æquum & par, vt manus illæ vinculis eximerentur, quarum erat alios soluere, & à peccatorum nexibus suo tempore liberare. Indecens scilicet erat & rationi aduer-

sum ligatum cernere, compedibusq; manus grauatatas habere qui aliorum vincula diffingere & dissoluere debebat. Promiserat illi si quidem Dominus, *Quicumq; solueris super terram, erunt soluta & in caelis*. Ita quoq; qui linguam habet ad aliorum delicta coarguenda, nihil in se continere debet quod aliorum reprehensionem mereatur.

Sed quid? ea seculi nostri calamitas est, vt aliorum delicta optime, quo reprehendamus, videamus, nostra vero nequaquam. Similes se. Oze sumas, qui nimirum cadentes videamus 4. Reg. 6. alios, sed nostrum casum & ruinam nõ intuemur. Videbat quidẽ ille arcam in terram delabentem, sed non videbat, rem se indecentẽ cõmittere, vt qui vxorio concubitu pollutus arcam Dei contingere non vereretur.

Tres reges potentissimi, rex scilicet Iuda, Israel, & Edom cum aduersus regem Moab 4. Reg. 3. exercitum collegissent, eiusq; regnum premerent, ad tantas eum redegerunt angustias, vt primogenitum suum, regniq; hæredem in hostium conspectu super murum in holocaustum obtulerit. Non parum torquet locus hic sacrorum Bibliorum interpretes. Dicunt nonnulli regem hunc filium Deo Israel in victimam obtulisse, vt eum sibi propitium redderet, & hæc potissimum ratione inductum videbat se a populo, quæ hæcenus semper expugnauerat ac superauerat, iam victum in vltimas redactum angustias, quamobrem regni sui ariolos, augures & sapientes consulit, qui dixerunt Israhelicum populum auum habuisse Abrahamum, qui quod vnicum Deo filium in victimam obtulisset semper illi gratus exstitit, ac proinde omnis illi posteritas singulari semper ratione à Deo cœli protecta & propugnata fuit. Hebræos autem hoc viso tum indignatos tum ad misericordiam commotos, ab obsidio e destitisse.

Caietani autem opinio, quam in commentarijs refert, multo est probabilior, dicentis regem hunc filium idolis immolasse, vt, eorum sibi fauorem & opem conciliaret, atq; ideo magnam in Israel indignationem factam, id est, plagam & vehementem pestilentiam, quam Deus Israelitarum exercitui immisit quæ mox ita inualuit, torq; homines neci dedit, vt obsidionem soluerent.

Equi-

7/2. 1

Felix
fres
stus.
lon. 2
Luo. 1
Mat.

lon.

2. Reg.

Equidem diuinam hic vltionem insinuari crediderim, Deumq; ad iracundiam cōcitatam describi. Tunc quippe Deum in mentem reuocasse idololatriam Israelitarū, qui olim Moabitarum idolis victimas libassent, imo & filios & filias dæmonibus immolassent, (quod testatur Psalmista, *Sacrificauerunt filios suos & filias suas dæmonibus*) ideoq; indignatum fuisse, quod ipsi idololatræ supplicium de aliis sumere præsumissent, simulq; demonstrasse nihil esse quod magis sibi displiceat, magis ad iracundiam prouocet, quam dum peccatores peccata aliorum cogarguunt, inq; eorum vitam inquitunt. Quomodo igitur illi Deum offendant, qui cum peccatis pleni sint & immunditia, inq; nocentium vitam reprehendere, & iustorum vitam corripere contendunt. Hoc se faciunt Pharisei, qui cum impietate scateant & peccatis abundēt, iusti & innocui Christi actiones & agēdi rationē obseruant & suggillant, eumq; die Sabbathi ad conuiuium inuitantes, hydropicum illi offerunt, vt cum ab hydropemiserum liberasset, quod ab illius se benignitate facile consecuturos sperabant, eum quamprimum vt legis transgressore & festi profanatore carperent & accusarent. Hoc in secundum orationis membrum reseruat, quod iam deducam latius. *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.*

Miraculum hoc describens S. Lucas, ait Dominum à principe Phariseorum inuitatum, insigni quodā miraculo Hydropicum hunc sanitati restituisse. Beata domus illa & felix quam Christus vt conuiuia subit & hospes, non enim egredietur, quin symbolum suum persoluerit, & magna in hospitem cōtulerit beneficia. Vix intrauerat triclinium nuptiale in Cana, quin aquæ hydrias in vini dolia conuertat. Domus Zachari illo subeunte, mox salus domui facta est. Matthæi ædes vt intrauit, è publicano & fœneratore, Apostolum eum & Euangelistam cōstituit. In Bethania castello cum versaretur, Lazarum ad vitam reuocauit, hodie vero in Pharisei ædes admittitur, hydropicum sanat. *Et ecce homo, &c.*

Arca fœderis cum in ædibus Obededoma Gethai ad trimestre cōmoraretur, benedi-

ctionibus cœlestibus domus & vniuersa familia cumulata est. Diuinitatem denotabat arca & hæc prosperitas euidentis augurium & argumentū certissimum est, omnia, vbi Deus cōmoratur, cœlitus benedici & in dies melius & melius succedere.

Vix intrarunt viduarum casus Elias & Eliasus quin mox lecythi olei redundent, farina crescat, filij ad vitam redeant, & pulcherrima vtrobiq; eant miracula. Hinc igitur infero & ostendere volo, aduentū Iesu Christi in domum aliquam, magnā illi semper felicitatem adferre: si enim Prophetæ hoc cœlitus potuerint, an non maiora omnium Prophetarum rex, & Dei filius vnigenitus comoda domui, quam subibit, præstabit?

Ait in libro de cœlo Aristoteles, *Accessus & recessus solus est causa generationis & corruptionis in his inferioribus.* Hoc quidem Philosophicum, sed Theologicum erit, si dicamus, Iesu Christi, qui toties in sacris litteris solis nomine appellatur, accessum & recessum ab anima, per accidēs, nobis beatitudinem aut exitium adferre. Illius namq; aduentus semper miracula adfert & causat. An non hic Pharisei domum ingressus hydropem pellit, & vnde aduersarij calumniam emungere conabantur, hinc ipse efficit, omnes se vt Prophetam suspiciant. Mosis igitur virga serpentes deuorauit. *Exod. 7.*

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Quotnam Deus bone hydropici huius ingressus in domum Pharisei conceptus mihi in animo procedit?

Primo namq; in limine fidem illius admittari fati nequeo, qui principis huius ædes ingreditur nō vocatus, imo ne metuens quidem, ne forte importunitatis, impudenter se in alienas ædes ingerendo accusetur. Sed sanitatis recuperandæ desiderium omnimūdanō respectui præponit, plurisque valetudinem, quam ignominiam facit. Ad eundem modum Magdalena, omnem exuta pudorem, nullamq; ignominiam verita, imo omni hominum respectu conculcato, domū Simonis Leprosi ingressa est. Vbicumq; igitur Christus sit, ibi & quarendus, licet in domo Pharisei, licet in turba, nullū pudor hic locū habet, nullū diffidentia, sed importune

Psalm. 105.

V.

Felix hospes Christi.

Ioh. 2.

Luc. 19.

Matth. 9.

Ioh. 11.

2. Reg. 6.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

Exod. 7.

Psal. 35. eius auxilium implorandum. Audite qd hac de re dicat Psalmista, *Accedite ad eum, & illi- minamini, & facies vestra non confundentur.*

Phariseoru malitia. Secundo insignem hic Phariseorum notare malitiam oportet, qui laudabilem conuiuiorum vsum tam nequiter peruertunt, nā tantum abest, vt Christum amice & hilari- ter excipiant, & cum illo latentur & plau- dant, vt etiam insidias illi seruant, actiones eius & vitam explorent: in quo Dauidicum illud compleisse visi sunt, *Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Chri- stum eius.* Simile quid propemodum olim in libris Machabeorum legimus contigisse, quando Ptolomæus, Pontificem Simonem eiusq; filios duos ad epulum inuitatos, iugu- lari & perfide obtruncari iussit.

Cruenta Phariseoru proditio. Tertio, alia quædam Phariseorum ne- quitia hic apparet, quod Christum ad conui- uium vocarint vt non, aliquod charitatis of- ficium ostenderent, sed vt, si quod forte (vt putabant) inter epulas verbum effunderet in- considerate, aut aliquid indecorum ageret, in hoc illum traducerent, carperent, actio- nemq; intentarent. Quo nomine maxime reprehendendi, quod in corde hostili amici- tiam fingant, & simulent amorem odio ple- ni, in quod apte torqueri poterit illud Iere- miæ. *A Prophetâ vobis, ad sacerdotem omnes faci- unt dolum, & illud Eccl. V. a duplici corde, duplex siquidem cor habent, vno amorem fingunt, altero dolos neſtunt, vno amicos se mentiū- tur, altero proditores se ostendunt, vno ob- sequium spondent, & pollicentur, altero e- um irritare conantur.*

Diebus fe- stis opera misericor- diæ exer- cenda. Quatto hinc etiam elicio, omni tempore ac quolibet etiam die proximo esse succur- rendum, operaque misericordiae exercenda. Neq; n. vnquam melius, maioriq; cum me- rito festi dies impenduntur, quam quando pauperibus succurritur, & charitatis opera exercentur, ita quippe Tobiam seniore m fe- cisse declarant factæ litteræ. *Cum esset dies fe- stus Domini, & factum esset prandium in domo Tobia, dixit filio suo, vade & adiuua al' quos de tri- bu nostra inuenies Deum, & epulentur vobiscum.* In quo tua notanda occurrunt, primū, quod festis diebus epulum instituerit, quod solos contribules inuitauit, & quod denique iu-

stos solos adhiberet. At nihil mirus hodie mundus facit: nā hodie singulis diebus con- uuiua parantur, nulli nisi externi & alieni in- uitantur, nulli denique mensæ accumbunt, quam meretriculæ, lenones, pararij, mimi, sanniones, scelesti & improbi, atq; omnis ma- li colluuiæ: Epula scilicet Baltariæ, quib. plurimæ interfunt concubinæ, & nonnisi sa- cra profanantur.

Quinto docemur hoc loco, Deum velle, se, vt sequamur, nec vllis hominū calumnijs improbotumque cauillis a virtutis tramite nos abduci debere, quod le fecisse Paulus tes- tatur Galatis scribens, *Si adhuc hominib. pla- terem, seruus Dei non essem.* Et suo etiam exem- plo id Christus confirmat, qui cum ab omni loco sibi insidias positas cerneret, hydropi- curia tamen non grauat. *Luc. 11.*

Deniq; omnes hinc velut è lectione qua- dam scholastica discimus præcepta legis ob- seruanda esse, prout charitas dicat, & neces- sitas exigit. Vnde Moyses in deserto Israelitis non circumcidat, Dauid panes propositio- nis, quamuis sacerdos non esset, comedit, & Chuilus Sabbatho agros curauit. Hinc etiā locum habent casus illi Scholastici, puerum in extremæ casu necessitatis a muliere, imo & a Mahometano baptizari posse: in quadra- gesima, si necessitas exigit, carnibus licite quemlibet vesci posse, dieb' festis agrorum & vulneratorum rationem haberi, arma quoq; indui, & bellum licite sumi, vt respub. ab hostibus defendatur. Non enim habet le- gem necessitas, neue vllis regulis circumscri- bitur. Sabbathi dies Hebraeis quidem solen- nis erat, at ecce Dei filius illo die hydropi- cum sanare non veretur.

Ex ecce homo quidam, hydropicus erat ante il- lum. VI. Mundani Cum turgidum & aquosum hūc hydro- picū intueor, veram mundani & voluptatis hydropro- serui imaginem videre videor, nam vt hic è hoc deli- nimio & assiduo potu hydropem contraxe- gnantur. rat, ita mūdani, quod vitæ huius voluptatib. plus æquo indulgeant hydropici fiunt, & ad quashbet functiones vitales profus inepti & absurdi. Hac scilicet luc suos inficit mun- dus, hunc morbum afferunt voluptates, quæ tum per aquam, tum per vinum in sacris lit- teris denotantur. Hinc dulce semper vinum volu-

voluptatis offert mundanis, vt eodem inebriati, & quodammodo inflati, instar hydro-
pici, nulla rerum cœlestium siti laborent.
Quamobrem sapienter nos admonet Salo-
mon, *Ne intuearis vinum cum splenderit in vi-
tro color eius, subito enim mordebit vt colub. r. &
vt regulus Geneta diffundet.* Loquitur hic haud
dubie de vino voluptatum, quo suos mūdus
inebriat & hydropicos reddit: quod quamuis
primo intuitu dulce videatur & iucundum,
bibitum tamen, venenum adfert, & morde-
bit vt vipera, atq; huc trahere licet, hanc Mo-
sis sententiam, *fel draconum vinum, & vene-
num aspidum in anabile.*

Ad aptare hic licet Stratagema illud Han-
nibalidis, hic cum Afris quibuldam vino dedi-
tis bellum gerens, magnam vini copiam in
castra sua aduchi iussit, cui mandragoræ suc-
cum admiscuit, quæ teste Arist. profundū so-
porem inducit, & Haymo in Cantica tradit,
Mandragoras quoddam pomorum genus esse,
quorum succus bibentis somnum concilia-
t, at succus è cortice expressus ita inebriat,
vt quicumque biberit nihil omnino sentiat,
quamuis etiam mortale vulnus recipiat. Han-
nibale igitur fugam simulante, in castra illius
irrupunt Afris, qui visis dolijs quamprimū,
alia relicta præda lese ingurgitant, quos ille
somno & vino sepultos de nocte oppressit,
atque ita victoriam de illis consequutus est.
Idem omnino facit & Sathan, veripellis illa
vulpes, juratus hominum inimicus, offert si-
quidem iucundum voluptatis vinū, vt post-
quam eodem inebriati fuerimus & inflati, tã-
dem ab eodem incauti & nec opinantes ju-
gulemur. Sed ad hydropticum meum redeo.

Et ecce quidam hydropticus erat ante illum.

Omnes omnino morbi & corporis tormen-
ta, peccati effectus sunt, & ab eodem origi-
nem sumunt. Atque ideo hydropticus hic per-
petua laborans siti in scenam producitur, vt
hinc inextinguibilis peccatorum sitis, desi-
deriumq; reddatur manifestum, de quo Iob
loquitur dicens, *Tenebitur planta a illius laqueo,
& ex arboribus contra illum situ.* Et sane peccato-
res hydropici sunt, extrema enim laborantes
siti, nihil bibunt, quam quod sitim magis ma-
gisq; prouocat. Vnde apud Ieremiam Deus ip-
se conqueritur, *Me dereliquerunt fontem aquæ*

*vivæ, & sederunt sibi cisternas dissipatas, quæ con-
tinere non valent aquas, & ideo siti vexantur.*

Lysimachus Thraciæ rex prælio decertans Peccator
tantâ laborabat siti, vt hostibus se tradiderit: Lysima-
quo haustum frigidæ acciperet, regnumque
amittere, quam aqua carere maluit. Sæpius
hanc mecum historiâ tacitus demiratus sum,
nec mihi præter rem vltimū est, regi huius pec-
catorum similem dicere: tanta siquidem in-
terdum siti excruciat, adeoq; erga munda-
na afficitur, vt libertatem, animam, regnum
denique cœlestem diuendere & amittere non
dubitet, quo vel exiguum quid aquæ illius
vanitatum bibere possit.

Ismael Abrahæ filius ex Agar ancilla, in de-
sertum eiectus siti emoritur, *Cumq; con-
sumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum, ne vide-
ret eum pra siti,* ipse enim verus Ismael est, qui
quamprimū vt in horridum mundi huius de-
sertum eiectus est siti emoritur, & intolerabi-
li quodam in res terrenas ardore & æstu inte-
rius adurit, quodq; de hydropticis dicitur,
de peccatore non immerito dici potest:

Quo plus sunt pota plus sitiantur aqua.

Tanta in Samaria ariditas fuit, vt cum trien-
nio & amplius pluuia cœlo non cecidisset, om-
nia circumquaq; emorerentur, herba, ger-
mina, animalia simul & homines. Equidem,
vt hoc allegorice exponam, mundum imagi-
nem dico Samariæ, in quem rarissime cœles-
tes decidunt imbres, ac proinde tanta illius
ariditas est, & sitis adeo vchemens, pleriq; vt
emoriantur. Quin & ipse Dei filius pro pec-
catoribus mortem occumbens, siti propemo-
dum mortuus est, quare in crucem sublatu-
siti fauces adurente, voce magna clamauit
sitis.

Montes Gelboe, in quibus flos nobilitatis
Israeliticæ occubuerat, à Dauide maledicti
sunt vt præ siti & ariditate emorerentur, nul-
lumq; rorem nec pluuiam cœlitus acciperet,
*Montes Gelboe, nec rores pluuia veniat super vos
neq; sint agri primitiarum.* Vera mundi figura,
ipse namq; mons ille nefastus, in quo omnis
generis humani nobilitas extincta est & de-
leta, Patriarchæ, Propheta, Reges, Apostoli,
ipse denique Deus filius, quare diris deuocia-
tur, mille maledictionibus feriat, & impri-
mis ne pluuia aut ros, s. gratiæ & benedictio-
nes

nes cœlestes in eundem descendât. Mundus agitur semper sitit, & verus hydropicus est.

Et ecce homo quidam hydropicus. Ceterum quod hydrops in corpore, id peccatum agit in animâ, porro morbus hic tria potissimum peccata designat, velut hydropises spirituales, imprimis humores vitiosi libidinem significant, tumor ille & inflatio superbiâ, ambitionem, jactantiam, sitis illa inexstinguibilis, avaritiam. *Quam* periculosa & noxia hydropises. Hinc bene mihi dixisse visus est, qui tribus ad inferos ostijs homines properare ait, & triplici aulam Ditis janua patere: & per primam ingredi carnales & lubricos, per secundam avaros, & per tertiam superbos, atq; huc alluisse Prophetam Isaiam, *Propterea dilatauit infernus animam suam, & os suum absq; ullo termino, & descendunt fortes eius, & sublimes, gloriosiq; eius ad eum.*

Isai. 5.

Libido hydrops est.

Ioan. 4.

Item aquæ hydropisis est luxuria & voluptas carnis: quo enim plus è voluptatum carnaliû pureo bibût libidinosi, quo & maiori siti laborant, quam obrê locû hic habeat sententia illa Christi, *Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum.* Samaritanæ huius voluptas insatiabilis erat, atq; ideo, exprobratilli Christus, *Quinque viros habuisti, & quem nunc habes, non est tuus vir,* id est, siti laboras inextinguibili, & hydropica es. An nō & hydropica vxor Claudij Imp. Messalina, de qua Iuuenalis ait?

Prov. 3.

Quæ lassata viris nondum, satiata recessit. Tria repenti in mundo ait Salomon, quæ satiari nequeant, *Tria sunt, inquit, insaturabilia, & quartum nunquam dicit: sufficit, infernus & os vulua, & terra quæ non satiatur aqua, ignis vero nūquam dicit sufficit.* Ignis superbiam designat, terra avaritiâ, & os vuluæ luxuriâ, & tria hæc peccata: hydropisis sunt, nullo infuso liquore satianda, sed imprimis voluptas carnalis.

Tria sunt insaturabilia.

Ecc. 14.
Prov. 13.

Superbiâ & ambitio etiam insanabilis est, vnde ait Sapiens, *Insatiabilis oculus cupidi, & in Proverbijs dicit, Venter impiorum,* id est, ambitioforum, *insatiabilis, & paucis vt absolutam, hydropici sunt.* An non inexplabilis Alexandri Magni ambitio fuit & hydrops insatiabilis, cum, audito Anaxagoræ axiomate, plures esse mundos, sceret & ingemisceret, quasi vnicus ad sitim eius explendam, non sufficeret, vnde Poeta,

Val. Max. li. 3. c. 14.

Vnus Pellao iuueni non sufficit orbis.

Avaritia aliud hydropisis genus est, & forsi-
tan alijs grauius & damnosius: quam reuera Stobæo referente, Diogenes jam olim hydropi similem esse dixit: nam vt hydrops paulatim sensimq; crescit, ita cupiditas & sitis opû, illæ namq; paulatim, magnosq; sudore paratur, & quamprimum etiam amittitur. Quod Pluti Dei veteres etiam declararunt, cum Deum diuitiarum Plutum claudum & tortuosum deformem pedibus depinxerunt, sed alatum: quod diuitiæ sensim & pederentim, magna diligentia & industria parentur, vnico momento perireant, atque auis instar auolent quam celeritate.

Avaritia

hydrops est

Pluti Dei

emblemata.

Cathar. lib.

demag. deor.

rime.

Cerrum igitur ac fixum est, peccatorem, hydropicum esse, & peccata hydropisim quâdam spiritualena, sed insanabilem, nisi auxiliatricem Deus adhibeat manuum: mundus namq; morbum causatur, & cælum medetur. Mundus aquas propinat, quæ ventrem inflant, & sitim prouocant, sed cælum habent alias, quæ sitim tollunt & morbum. Varia medicamenta in sacris litteris reperire est, quæ circa hæc aquas versantur. *si quis sitit, veniat Ioan. 7. ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aqua viua.* item alio loco, *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, nō sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aqua viua.* Et Isaias, *Omnes sitiientes venite ad aquas.* item alibi, *Effundam aquam super sitientem, & fluenta super aridam* deniq; & in Apocalypsi, *Ego sitienti dabo de fonte aqua viua gratis.* ad hæc aquas properate hydropici, hic bibite, hic sitim vestram exstinguite, sunt enim optima & saluberrima.

Vos autē Christiani, Christi vestri exēplo discite modeste & benigne cum impijs agere, vt ad virtutem eos inuitare, & ad poenitentiam reducere valeatis, discite inuidiâ fugere, & de tractiones execrari, aliorû vitia nolite curiosius inquirere, sed notate vt Deus oēs actiones nostras intrueatur, cū Pharisæorû arcana cordis rimatus, eorû dolos & versutias prauenterit. Discite, quanta festis debeatur reuerentia, cum Pharisæi ne agrû quidem in die festo sanari velint, deinde meminertis omnî tēpore bona esse opera faciendâ, & in primis opera misericordiæ, cum ipso sabbathi die Christus hydropicum curare non dubitavit.

HO

Hoc autem, tu Domine, miraculorum maximum hodie edis, ut Phariseorum avaritiam coarguas, & hydropem aqueum sanando sanes, eadem opera hydropem aureum & prauos affectus. Renoua hæcce miracula summe medice, hosce morbos medicare, neque enim vnquam alias ita opus fuit, nam mundus hydropicis scater & hydropem omnia plena sunt, vbiq; regnat superbia, dominatur per omnia ambitio, gula grassatur, avaritia laxatis habentis per orbem cursitat, deniq; hydropici sunt omnes. Hic turget cibus & ingluuie, ille siti acquirendarum opum & dignitatis sublimioris laborat, alius deniq; vitiosis & infeltis abundat humoribus & anhelitum fatentem habet, solam ut terram spirat & vanitates saculi. Hic manum admoue Domine, hanc sitim exstingue, ardorem hunc compesce, tumorem hunc deprime, fœtorem illum intolerabilem exstingue, deniq; hydropis hæc cura, & humilitatis virtutem concede, ut quemadmodum hodie ipse coeces, eum qui se deprimit exaltandum, nos ipsos hoc in mundo profunda quadam humilitate deprimentes, aliquando in altero ad beatitudinem vsq; celestem exaltari mereamur, quã concedere dignetur Pater, Filius, & Spiritus S. Amen.

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

Partitio.

- I. De charitatis excell. nitia.
- II. De amore Dei cordiali.
- III. De modis & causis Deum amandi.
- IV. De dilectione proximi.
- V. De modo & causis amandi proximum.

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima, & ex tota mente tua, Mat. 22. 37.

FIGVRA.

Lm. 6.

Leuitis olim præcepit Deus, ut in altari holocausti ignis perpetuo colluceret, ne vnquam deficeret fomes. Vetus hæc figura

denotabat, inter cetera legis Euangelicæ præcepta hoc imprimis eminere, quo Deus sacrum charitatis ignem jugiter in cordis ara in medio Ecclesiæ collucere & flagrare voluit, ut inquam Deum ex toto corde & proximum sicut nos ipsos diligeremus. Hæc scilicet Euangelij hodierni medulla est, quã vobis proponam, cœlitus modo affulgeat auxilium, & Virgo Deipara opẽ polliceatur, quod ut fiat, nostras illi preces salutationemq; Angelicam offeremus.

AVE MARIA.

Magnus Apostolus Paulus, qui è lupo rabidissimo & Ecclesiæ expugnatore persecutoreq; accerrimo, in agnum & feruētissimum Christiani nominis pugnatore singulari Dei prouidentia conuersus fuit, de charitate sermonem instituens, eam omnium gratiarum gemmam & Theologicarum virtutum reginam appellare nõ dubitauit, *Maiores autem horum est charitas.* Id est, quod aurum inter metalla, sol inter astra, adamas inter gemmas, in corpore humano, caput, hoc inter virtutes & spirituales diuitias caritas. Nam sicut in corpore humano caput cetera dirigit membra, vitam ijs, motum, sensum dat, quod nervi rigidi sint, venæ turgeant, arteriæ pulsent, sanguis per omnia distillat, oculus excubent, & totum corpus vigeat ac moueatur, soli tribui capiti debet: ipsum etiam corpus capite orbatum, non nisi truncus est, stipes malla rudis statua insensibilis, & exanimis, & mortua. Ita caritas in statu ac regimine spirituali digerit ac dirigit omnia, animas animat, sensibiles eas reddit, mouet, robur ijs ac vitam concedit, & sine hac ceteræ virtutes jacent, vitæq; & meritis destitutæ sunt.

Hinc bene dixerunt Theologi, caritatem finem & cœtrum esse virtutum omnium, quod satis innuit, obscure licet, Psalmographus dicens, *Omnia conummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.* Latum mandatum appellauit, quod omnia ad vltimum illum finem tendant, cui charitas quam proxima est & ceteris omnibus vicini or: fides enim hunc ostendit, spes eo dirigit, & charitas eidem nos

I.
Quod caput inter membra, hoc inter virtutes caritas.

Caritas omnium virtutum finis.
psal. 118.